

dica ratione alieno, remediorum pa-
randorum industriam commiserit? tan-
quam furioso gladium traditurus, quo
vel in propria, vel aliena viscera, quauis
pellicente occasione, imprudens rue-

In insuran- ret? Quid ergo, inquit Zuingerus, illis
do Hippoc. faceres Medicis, qui non tantum præ-
nun. 15. cepta, sed quod indignius est, & peri-
culosius, medicamenta prophanis ho-
minib. lingua produnt vernacula? Ga-

Galenus

*suis manib.
medicame-
ta compo-
suit.*

*9. simpl. in
Misy.*

*1. de Cōp.
Medic. ge-
neral. c. 4.*

Cōp. 8.

lenum ipsum suis manib. medicamen-
ta parauisse, ex scriptis eius facile colli-
gimus. Ex insula Cypro chalcitidem,
misy, sory, ipse a sportauit, domique sue
asseruauit, quibus in pharmacorū stru-
ctura vteretur. Spodio, ait, nunquam se
vsum esse, cum largè sibi Pompholix iu-
giter suppeteret. Alibi quoque ostendit,
qua solertia emplastrum ex chalci-
tide, vnguentum item ex argenti spuma
& œnelæo apparare solitus fuerit. An'
non ex Sida Pamphyliæ vrbe, pōticum
Carpesium: ex Lemno, terrā Lemniam:
ex Syria Balsamū, ex alijs locis, alia, tum
ipsem, tum aliorum præstantium cer-
torumq; amicorum ope conquisita, in
domesticam suam *ἀποθήκην* recondi-
dit,